

XIII.

TIMOTEO,

HIJO DE CONON, ATENIENSE.

CAPÍTULO I.

Retrato de Timoteo; sus bellas acciones. (Año 1º. de la olimpiada civ, 564 antes de J. C.)

Timotheus, Cononis filius, Atheniensis. Hic a patre acceptam gloriam multis auxit virtutibus. Fuit enim disertus, impiger, laboriosus, rei militaris peritus, neque minùs civitatis regendæ. Multa hujus sunt præclarè facta, sed hæc maximè illustria. Olynthios¹ et Byzantios² bello subegit; Samum³ cepit, in quâ oppugnantâ superiori bello Athenienses mille et ducenta talenta consumpserant: id ille sine ullâ publicâ impensâ populo restituit. Adversus Cotyn⁴ bella gessit, ab eoque mille et ducenta talenta prædæ

¹ *Olynthios*. Habitantes de Olinto, ciudad de Tracia, fronteriza á Macedonia.

² *Byzantios*. Habitadores de Bizancio, hoy Constantino-
pla, capital de la Turquía.

³ *Samum*. Una de las islas Espórades en la costa del Asia menor.

⁴ *Cotyn*. Rey de Pastagonia en el Asia menor. Es distinto del rey Cotis de que se habla en la vida de Ificrates, cap. 5.

in publicum retulit. Cyzicum¹ obsidione liberavit. Ariobarzani² simul cum Agesilao auxilio profectus est: a quo quum Laco³ pecuniam numeratam accepisset, ille cives suos agro atque urbibus augeri maluit, quàm id sumere, cujus partem domum suam ferre posset. Itaque accepit Crithoten⁴ et Sestum⁵.

CAPÍTULO II.

Erigese una estatua á Timoteo despues de su victoria contra los Lacedemonios. (Año 1º. de la olimpiada cvi, 556 antes de J. C.)

Idem, classi præfectus, circumvehens Peloponnesum⁶, Laconiam populatus, classem eorum⁷ fugavit. Corecyram sub imperium Atheniensium redegit, sociosque idem adjunxit⁸ Epirotas⁹, Athamanas¹⁰, Chaonas¹¹, omnesque eas gentes quæ mare illud¹²

¹ *Cyzicum*. Ciudad de la Misia ó de la Natolia.

² *Ariobarzani*. General persa, famoso por el apuro en que puso á Alejandro Magno en unos desfiladeros de la Sicilia.

³ *Laco*. El Lacedemonio, Agesilao.

⁴ *Crithoten*. Critote, ciudad del Quersoneso de Tracia.

⁵ *Sestum*. Sestos, ciudad en la costa del Helesponto.

⁶ *Classi præfectus, circumvehens Peloponnesum*. Costeando con su armada el Peloponeso.

⁷ *Eorum*. De los Lacedemonios.

⁸ *Sociosque idem adjunxit*. Hizo aliados suyos.

⁹ *Epirotas*. Pueblos de Épiro sobre el mar Adriático.

¹⁰ *Athamanas*. Pueblos cercanos á Épiro, sobre cuyo nombre hay no poca disputa.

¹¹ *Chaonas*. Pueblos de las mismas cercanías de Épiro.

¹² *Mare illud*. El Adriático.

adjacent. Quo factò Lacedæmonii de diutinà contentione destiterunt, et suâ sponte Atheniensibus imperii maritimi principatum concesserunt, pacemque his legibus constituerunt, ut Athenienses mari duces essent¹. Quæ victoria tantæ fuit Atticis lætitiæ, ut tum primùm aræ Paci publicæ sint factæ, eique deæ pulvinar² sit institutum. Cujus laudis ut memoria maneret, Timotheo publicè statuam in foro posuerunt; qui honos huic uni ante hoc tempus contigit, ut, quum patri populus statuam posuisset, filio quoque daret. Sic, juxtâ posita, recens filii veterem patris renovavit memoriam.

CAPÍTULO III.

Timoteo, siendo ya viejo, ayuda con sus consejos á Menesteco su yerno : es acusado y condenado. (Año 4º. de la olimpiada cvi, 536 antes de J. C.)

Hic quum esset magno natu³, et magistratus gerere desisset, bello Athenienses undique premi sunt cepti. Defecerat⁴ Samus; descierat⁵ Hellespontus; Philippus⁶ jam tum valens Macedo multa molieba-

¹ *Mari duces essent.* Mandasen las armadas navales.

² *Pulvinar.* Almohada en que descansaba la diosa. Cosa muy usada entre las supersticiones, así de los Romanos como de los Griegos, en las fiestas que hacian á sus dioses de resulta de alguna victoria.

³ *Magno natu.* De mucha edad.

⁴ *Defecerat.* Se habia rebelado.

⁵ *Descierat.* Habia negado la obediencia.

⁶ *Philippus.* Padre de Alejandro Magno.

tur : cui oppositus Chares¹ quum esset, non satis in eo præsidii putabatur. Fit Menestheus² prætor³, filius Iphicratis, gener Timothei; et, ut ad bellum profisciscatur, decernitur. Huic in consilium dantur duo, usu et sapientiâ præstantes, quorum consilio uteretur, pater et socer : quòd in his tanta erat auctoritas, ut magna spes esset, per eos amissa posse recuperari. Hi quum Samum profecti essent, et eòdem Chares, eorum adventu cognito, cum suis copiis profiscisceretur, ne quid absente se gestum videretur, accidit, quum ad insulam appropinquarent, ut magna tempestas oriretur : quam evitare duo veteres imperatores utile arbitrati, suam classem suppresserunt⁴. At ille, temerariâ usus ratione⁵, non cessit majorum natu auctoritatî, et, ut si in suâ navi esset fortuna⁶, quò contenderat, pervenit; eòdemque ut sequerentur, ad Timotheum et Iphicratem nuntium misit. Hinc, malè re gestâ, compluribus amissis navibus, eòdem unde erat profectus se recepit; litterasque Athenas publicè misit, sibi proclive fuisse⁷ Samum capere, nisi a Timotheo et Iphicrate desertus esset. Ob eam rem in crimen

¹ *Chares.* Véase la vida de Cabriás, cap. 5.

² *Menestheus.* Véase la vida de Ificrates, cap. 5.

³ *Prætor.* General de la armada naval.

⁴ *Suam clasem suppresserunt.* Anclaron.

⁵ *Ille temerariâ usus ratione.* Cares arrebatado de su temeridad.

⁶ *Ut si in suâ navi esset fortuna.* Como si llevara á bordo la fortuna.

⁷ *Sibi proclive fuisse.* Que le hubiera costado poco.

vocabantur : populus acer¹, suspicax, mobilis, adversarius², invidus etiam potentiae, domum revocat; accusantur proditionis. Hoc iudicio damnatur Timotheus, lisque ejus aestimatur³ centum talentis. Ille, odio ingratae civitatis coactus, Chalcidem⁴ se contulit.

CAPÍTULO IV.

Se obliga al hijo de Timoteo á reparar una parte de las murallas de Atenas. Fidelidad de Jason.

Hujus post mortem, quum populum iudicii sui pœniteret, multae novem partes detraxit; et decem talenta Cononem, ejus filium, ad muri quamdam partem reficiendam jussit dare. In quo fortunae varietas est animadversa⁵: nam quos avus Conon muros, ex hostium praedâ, patriae restituerat⁶, eosdem nepos, cum summâ ignominia familiae, ex sua re familiari reficere⁷ coactus est. Timothei autem moderatae sapientisque vitae quum pleraque possimus proferre testimonia, uno erimus contenti, quod ex eo facile conjici poterit quam carus suis⁸ fuerit. Quum Athe-

¹ *Acer*. Fácil en acalorarse.

² *Adversarius*. Mal inclinado, desafecto.

³ *Lisque ejus aestimatur*. Véase la vida de Milcíades, cap. 7, nota última.

⁴ *Chalcidem*. Ciudad de Negroponto.

⁵ *In quo fortunae varietas est animadversa*. En lo que se echaron de ver los altos y bajos de las cosas humanas.

⁶ *Restituerat*. Había reedificado.

⁷ *Reficere*. Reparar.

⁸ *Suis*. A sus amigos.

nis adolescentulus causam diceret, non solum amici privatique hospites ad eum defendendum convenerunt, sed etiam in eis Jason¹ tyrannus, qui illo tempore fuit omnium potentissimus. Hic quum in patriâ sine satellitibus² se tutum non arbitraretur, Athenas sine ullo praesidio³ venit; tantique hospitem fecit⁴, ut mallet se capitis periculum adire, quam Timotheo de fama dimicanti deesse. Hunc adversus tamen Timotheus postea, populi jussu, bellum gessit; patriaeque sanctiora jura⁵ quam hospitii esse duxit. Haec extrema fuit aetas⁶ imperatorum Atheniensium, Iphicratis, Chabriae, Timothei; neque post illorum obitum quisquam dux in illâ urbe fuit dignus memoria.

¹ *Jason*. Rey ó tirano de Tesalia, ó por mejor decir, en Fera, ciudad de dicha provincia. Llamábase *Phereus*.

² *Sine satellitibus*. Sin guardia.

³ *Praesidio*. Guardia.

⁴ *Tantique hospitem fecit*. Estimó tanto al huésped.

⁵ *Sanctiora jura*. Mas sagrados los derechos.

⁶ *Extrema aetas*. Ultima era ó época.